2.

Papst Paschalis bestätigt dem Kloster Bursfeld die demselben gemachten Schenkungen, unter denen auch die der Markgräfin Gertrud von Sachsen, Tochter des Markgrafen Ekbert, und der Markgräfin Kunigunde von Meissen, Gemahlin des Markgrafen Wigbert, genannt werden. **Lateran, 1104 März 1.**

Gedr.: Archief voor Kerkelijke geschiedenis inzonderheid van Nederland 6,272. — (Heydenreich), Hist. der Pfalzgrafen von Sachsen 104. — Jaffé 4433.

Anm.: Vergl. Posse, Markgrafen von Meißen 248 Anm. 116 und Cod. Sax. I. 1 Einl. 133. Obgleich die Bulle verschiedene Fehler in den Genealogien hat, welche auf eine spätere Abfassung hinweisen, so darf sie doch nicht für unecht erklärt werden. Es hat die Annahme viel Wahrscheinliches für sich, daß aus Unkenntniß der deutschen Verhältnisse Fehler gemacht wurden, welche eine deutsche Kanzlei vermieden haben würde, und daß man, als die Schenkungen vom Papste konfirmirt wurden, das Datum der Schenkung, nicht der Konfirmation, beifügte. In der kaiserlichen Kanzlei und auch in Privatkanzleien ist man vielfach so vorgegangen. Damit würde auch erklärt sein, daß Richza bereits 1104 Gemahlin des Kaisers Lothar genannt wird, während die Vermählung doch erst 1113 stattfand. Die falschen Indiktions- und Pontifikatsangaben lassen sich, da die Bulle nur im Druck überliefert ist, nicht erklären. Möglich, daß sie auf Schreib- und Druckfehlern beruhen.

Paschalis episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiis cenobii Bursfeldensis salutem et apostolicam benedictionem. Vestris iustis petitionibus annuere volentes vobis et ecclesie vestre confirmamus in perpetuum[a]) omnes confessiones factas imprimis a potentissimo patrono vestro Henrico de Virha duce ad Visurgim ac comite Nordheymii et ab eius uxore dilectissima Gertrude marchionissa Saxonie cum filiis Hermanno archiepiscopo Coloniensi, Othoni et filiabus Gertruide comitissa ad Rhenum et Ricsa imperatrice. Deinde a Sifride ab Hetfelde dicti Henrici fratre palatino Saxonie cum Adelheide coniuge comitissa Holsatie et filio Sifrido. Pariter a Cunrado ab Heuvell comite Beichlingano dicti etiam Henrici fratre cum uxore eius Cunegunda ducissa Suevie cum filiis Sifrido, Othone, Ruprecto, Hermanno et filiabus Ida marchionissa Bavarie et Cunegunda marchionissa Meisnie. Similiter ab Othone a Boechell dicti etiam Henrici fratre marchione Stadensi cum uxore eius Sicchidi Danica cum filiis et filiabus. Finaliter a Thimone marchione et consorte eius Itha dicti Henrici sorore cum Ethelina comitissa Westphalie. Quas omnes donationes, quotquot et quales esse possint, vobis et ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmavimus ac presentis scripti patrocinio communivimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Scriptum per manum Iohannis scriniarii et notarii sacri palatii.

Datum Laterani per manum Iohannis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis kal. martii, indictione IX, incarnationis dominice anno MCIIII, pontificatus domini Paschalis secundi IIII.

Ego Pascalis catholice ecclesie episcopus ss.

2. *a) Im Druck fehlt* in perpetuum, *findet sich aber bei (Heydenreich), Hist. der Pfalzgrafen von Sachsen.*